



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Secvndvm. Apologia[m] ite[m] inane[m], qua uitia quaeda[m]
insignia tegere laborat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

¶ Apologiā item inanā qua uitia quaedā insignia tegere laborat. Cap. II.

I.

Luthe. frustra
molit̄ sese pur
gare de uicijs
sibi obiectis
Ad obiecta
Luthero con
sequunt̄ duo
Primum.
Secundum.



Secundo loco Lutherus apertissima quaedā, sua uitia tegere conat̄, & de duobus imprimis nitit̄ se pugnare, de quibus rex illustrissimus illū taxa uit obiter. Altero q̄ erat sibi contrarius. Altero q̄ cōuitijs insectatus fuisse pontificē. Sed atten de lector quata uersutia rem suā agit uerlipellis iste. Nā eum omnino male habet, q̄ hęc duo sibi fuerint obiecta, quū ex isto plane consequat̄ uictū potius a dæmone Lutherū, q̄ a de mone triumphasse. Ex illo quoq; cōficiť, q̄ e cœlo nequaquā fu erint illius dogmata. In his duobus itaq; amoliēdis, multa uer bositate gannit & garrit Lutherus, q̄q; profecerit nihil, ut po stea fiet perspicuum.

II.

Luth. incōstā
tia timet ar
guit.

Lut. proprio
ense iugulat̄.

¶ Sed miraberis forte lector, cur tē enixe argumentis suam inconstātiā pugnare studuerit. Nimirū, q̄ dolosa uulpis per spiciat, id uitiū haud mediocriter apud omnes autoritatē sibi detracturū. Nā quū inconstātia cuius magistro turpis sit, ei cū primis qui sua dogmata iactitat habere se de cœlo, nō solū turpis est, uerūetiā probrosa, pudendaq; sed & fidē cætero rū prorsus abrogat dogmatū. Nā qui dicit omnia sua dogmata se habere de cœlo, q̄ primū uel in minimo fuerit mendatio deprehensus, nullā in cæteris meretur fidē. Et profecto Lutherus in seipsum sententiā imprudens tulit, quum Regi pri dem sic obiecerit.

“Curādum est (inquit) aduersus hæreses scripturo, ut ne suspitio falsi in eo deprehendi possit. Nunc ergo quum sese totum inuoluat mēdacijs, quis credat ulli parti scriptionis eius? Hęc Lutherus aduersus regem.

Sed regeremus hoc ipsum longe facilius in Lutherū. Nā si tā toperē curandū ei sit, qui contra hæreticū scribit, ne quicq; in se falsi deprehendi possit, multo magis id ipsi curādum est, q̄ iactitat omnia sua dogmata se habere de cœlo. Quoniā si uel unum in eo mendacium deprehendatur, id satis fuerit ad cætera cuncta quæ docet penitus explodenda. Cæterum q̄ im munisa mendacio rex illustrissimus fuerit, quantisq; contra

Lutherus mendacijs seipsum inuoluerit, ex dicendis erit apertissimum.

¶ Sed primū obserua cādide lector, qb^o technis hic Lutherus utat. In simulat regē illustrissimū, exemplū nullū attulisse, quo Lutherana conuinceretur inconstātia. Sic em̄ ait.

Nec unū quidē locū profert (saltē exempli gratia) quo meam inconstātiā conuincat, Solū rethoricatur gloriosus rex. Hoc modo, Lutherus sibi pugnat, quis ei credat? Sic dixisse satis fuit nouo defensori ecclesiæ. Hæc ille.

Cæterū, ut perspicias hic lector, non modo Lutheri strophā uerum etiā apertissimum eius mendaciū, ipsius illustrissimi regis uerba subiiciā, quibus ipse, quū de indulgētijs loqueretur, Lutherum breuissime perstrinxit, uelut inconstātem & sibi metipso contrarium. Sic enim scripsit.

Anie festus est Lutherus indulgētijs hæctenus saltē ualere, ut præter culpā etiā a pœnis absoluerēt, quascunq; uidelicet uel ecclesia statuerat, uel suus cuiq; sacerdos iniunxerat. Nūc uero nō eruditione (ut ipse inquit) sed malitia tantū profecit, ut sibi ipsi cōtrarius indulgētijs in uniuersum cōdemnet. Ecce lector exemplū unū quod rex ipse protulit, quo perspicue docetur Lutherum sibi contrarium esse.

Adhuc alter accipe. Prius papatū Lutherus negauerat eē diuini iuris, q̄ q̄ humani fuisse concesserat. Nunc uero secū dissidens, neutrius iuris esse confirmat.

Accipe rursus tertiu. Bohæmorū schisma detestabat, q̄ se ab obedientia Romanæ sedis abscinderent, pronunciās eos peccare dānabiliter quicūq; papæ non obtemporent. Nunc in idē quod tum detestabatur, incidit.

Audi p̄ter hæc & quartū. Quin istud q̄q; similis est cōstātiæ, q̄ quū in cōcōne quadā ad populū, excōmunicatiōē doceat eē medicinā, & obediēter patiēterq; ferendā, paulo post excōmunicatus ipse, idq; meritisimo iure, sententiā tamē tā impotentē tulit, ut rabie quadā furibundus in cōtumelias, cōuicia blasphemias, supra q̄ ullæ possint aures ferre proruperit. En audiisti lector quatuor exēpla simul uno loco prolata, quū tñ Lutherus mēdaciter asserat, nec unū quidē exemplū Regem

III

Exēpla regis
de incōstancia
Lutheri.
Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Episcopus

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

protulisse. Sed neq; tā breuibus eū rex taxauit, atq; Lutherus recensuit. Sic em̄ regia celsitudo. Quid attinet cū eo pugnare qui pugnat ipse secum? Quid argumentis promoueā, si cū eo agā, ut donet quod ante negauit, qui nunc id ipsum negat, qđ ante donauerat. Hęc ipse rex. Vides ergo lector bis hoc uno loco mendacē esse Lutheꝝ, semel, qđ negauerit regē exēplum aliquod incōstantiæ suæ protulisse: atq; iterū, qđ falso recensu erit, ac uim argumētationis regiæ fraudulenter subticuerit, af firmans regem nihil aliud dixisse, qđ hoc modo, Lutherus sibi pugnat, quis ei credat? Et subdit, Sic dixisse satis fuit nouo defensori ecclesiæ. O perfrictæ frontis hominē, quē nihil pudet tā aperte mentiri. Ex hoc etiā collige lector quot ipse totus libellus mendacijs scateat, quū hoc uno loco bis mēdax eē deprehendat. Patet insup nō uno solū exēplo, sed pluribus p ipsum regē productis Lutheꝝ sibi contrarium esse.

Regis uerba

Episcopus

Bis Lutherus in eodē mendax est.

Corollarium primum,

Secundum

III
Lut. absq; cōtrouersia secū pugnat.

Hic optarim, p̄ lectores ad memoriā reducerēt, qđ constanter Lutherus olim, quū sua dogmata cœperat publicare, protestatus esset.

« Protestor (inquit) me nihil dicere, aut tenere uelle, nisi quod in, & ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis patribus ab ecclesia Romana receptis huc usq; seruatis, & ex canonibus, ac decretalibus pontificijs habet, & haberi potest.

Sic em̄ olim protestabatur, Nunc autem quid?

« Contestatos (inquit) esse uos uolo, me prorsus nullius quantumlibet sancti patris autoritate cogi uelle.

Quare Lutherus rejiciat epistolā B. Iacobi

Hoc quantum ad patres, De canonibus uero & decretalibus epistolis quid sentit, apertissimū est uel inde, qđ eas igni tradiderit. Sed neq; sacras literas admittit, nisi tantū eas, quas pro sua uafricie perperā inuertere queat. Nā epistolā Iacobi, quā nullo modo potest in suā hæresim adaptare, recipiendā haudquam ducit. O dementiā intolerabilē. Ep̄la Iacobi, quā ecclia tot annos ut uere catholicā uenerata est, non fuit e cœlo? At pestifera Lutheri dogmata tot mendacijs referta certū est e cœlo manasse? Ecce uides lector optime, Lutheꝝ tā a seipso qđ a scripturis dissidere. A seipso, quia quod protestatus est, minime seruat. A scripturis, quā epistolā diuī Iacobi suis hæresib⁹

palam repugnantem neutiquam admittit.

Rex ergo uehementer Lutheræ perstrinxit dicēs. Quid attinet cū eo pugnare qui pugnat ipse secū? Quid argumētis pro moueā, si cū eo agā, qui nunc idipsum negat quod ante donauerat? Nūc nō indulgentias aliquousq; ualidas fuisse primum fatebat, quod postea negauit? Et Leonē decimū, an non multis antea laudib⁹ extulit, mox postea uocat impostorē, & mille malis nominibus, denigrare molit? Antea se, patres oēs ab ecclesia Romana receptos, admissurū protestabat, nunc prorsus reijcit. Pridē se canonibus & decretalibus eplīs pariturū pollicebat, nūc omnino recusat. An nō hæc omnia inter se repugnāt? Veracissimus itaq; rex repertus est, qui Lutherū ut suis proprijs decretis cōtrariū coarguit. At Lutherus e regio ne bis etiā & hoc loco mēdax erit. Semel q; in altero cōtradi-
 ctorioꝝ q̄ uicissim docuit ac spopōdit, nō potuit nō eē mēdax
 Atq; rursum, q; negarit seipsum, in ullo fuisse mendacem.

Regis uerba.

Episcopus.
Hic Luther⁹
cōuincit bis
mēdax

¶ Sed habet hæc uulpes multa latibula, diuerticulaq; multa
 Vide quo iā diuerticulo subterfugiū parauit sibi. Metuit ne forte lector mendacē illū esset deprehensurus, aut putaret ex hoc se sibi contrariū esse, atq; ideo duo rerū genera distinguit de quibus ipse se scripsisse memorat. Alterū de ijs quæ in sacris literis continent, nēpe de fide, de charitate, de spe, de operib⁹, de passionibus, de cælo, de inferno, de pœnitētia, de cœna dominica, de peccatis, de lege, de morte, de Christo, de deo, de libero arbitrio, de gratia, de baptismo, & ijs similibus. Alterū de ijs quæ extra scripturā habent, utpote de papatu, de doctorib⁹, de purgatorio, de academijs, de eplīs idolis, de cultu sanctorū, de cōciliorū decretis, de indulgentijs, atq; cæteris id genus. At hic aduerte quā technā struat? Quid em̄ attinet hoc loco tot cōmemorasse titulos, quū de illo tantū obijciat quod postremo positū est? Quid em̄, si in cæteris omnibus constet secū Lutherus, modo fuerit in hoc postremo deprehensus a se dissidere? Nunquid nō istud satis est, ut sibi cōtrarius esse cōuincat? Omnino, Sed dolos meditat uulpes ista. Sperat enim hac rerū uniuersitate sic obruere lectoris mentē, ut ad rē de q̄ disceptatio fit, nequaquam attendatur.

V

Distinctio eorū
q̄bus Lutherus scribit

De indulgentijs solū disceptatio est.

C

VI
De indulgentijs
cōtradictoria
asseruit
Lutherus

A Satana deceptus
Luth

Lutherus ab
hoib⁹ didicit.

Lutherus

Episcopus

¶ De indulgentijs (ut audisti lector) rex Lutherū taxauit, utpote sibi ipsi repugnantē. atq; id quidē propterea, q̄ eas, q̄ tū ad pœnas, quas, uel priores patres p̄fixerāt, uel proprius cuiq; sacerdos iniunxerat, prius fatebatur aliquouſq; ualere; nunc autē asserat esse penitus inualidas. An non ista plane cōtradiciunt? Quæ (precor) magis e diametro pugnāt, q̄ ualere, & non ualere. Certum est utrunq; dogma nequaq; e cœlo manasse. Et tamen impudenter affirmat Lutherus omnia sua dogmata se habere de cœlo. Sed neq; tergiuersari potest, quin & hoc & illud affirmarit aliquādo, atq; id citra q̄ a maligno spū cœpisset afflari, hoc est citra q̄ hæresim instituisset suam. Quāobrē si spūs suus eū in priori fefellit, cur non potuit idem in posteriori fallere? potuit haud dubie. Neq; em̄ super hoc posteriori maiore e cœlo certitudinem, q̄ super priori suscepit. In utroq; sane fallacissimam sui sp̄itus coniecturam secutus est. Nā quicquid sibi uisum fuerit nec argumentis, nec scripturis improbari posse, tamen si falsissimum sit, hoc tamen sibi persuadet e cœlo dilapsum esse. Quapropter neq; potest constare secum, neq; non læpius asserere mendacia, quum humana cōiectura mutari creberrime solet, ut quod hodie uerū esse censeat, cras diiudicet esse falsum. Cæterum ut intelligas hunc morem Lutherum fuisse secutum, nunc euidentiā eius rei clarissimam accipe. Fateſ em̄ in exordio Babylonice captiuitatis, quā ipse cōmētus est, se beneficio Syluestri nouū de indulgentijs intellectū cōcepisse. Sic em̄ ait. Velim nolim cogor indies eruditior fieri, tot tantisq; magistris me certatim urgentibus & exercentibus. De indulgentijs ante scripsi, sed sic ut me nūc mirū in modū pœniteat editi libelli. Nā postea beneficio Syluestri ac fratru adiutus qui strenue illas tutati sunt, intellexi eas aliud non esse q̄ meras adulatorū Romanorū imposturas. Hæc Luther⁹ An non his uerbis palā indicat eo se de indulgētjs opinionē mutasse, q̄ Syluester eas tā frigide tutabatur? Ita quicquid Lutherus, uel conuitijs, uel ingenij prauitate, aut scripturis per uim contortis possit a modestioribus ingenijs euincere, hoc sibi pro cœlesti dogmate firmum habet, Cæterum an e cœlo

profluxerint ea dogmata uiderint alij. Ego certe, uel ab humano, uel a maligno spiritu profecta potius esse non dubito. Tales enim e corde suo non e caelo prophetant ad quos Ezechiel dicit. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil uident. Quasi uulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. Iudicent igitur alij num non recte Lutherum qui uel suum uel malignum spiritum sequitur, uulpem appellauerimus: quum hic Ezechiel eiusmodi prophetas uulpes uocet. Mihi uero iam satis est monstrasse, parum sibi congruere duo ista dogmata, hoc est indulgentias aliquousq; prodesse, & easdem nihil omnino prodesse. Similiter & eū quisquis ista docuerit nequaquā sibi constare, sed plane contrarium esse: ac proinde non habere cuncta sua dogmata e caelo.

Ezech. 13.

Luther⁹ recte uulpis nuncupatur

Epi. ogus

¶ Sed aliā adhuc astutiā habet dolosa uulpes ista. Cōtendit eū contraria nō esse dogmata, nisi q̄ quis eodē tēpore simul asseruerit, neutrumq; reuocauerit penitus. Sed neq; sinemus eā in hoc latibulo delitescere. Nā etsi reuocarit opinionem quā pridem asseruit, num ob id non falsa est quam reuocauit, & prorsus ei contraria quā iam tenet? Neq; enim si quis ista quæ de indulgentijs diximus, non eodem tempore protulerit, eo minus erant contraria, quādoquidem in ipsis indulgentijs nulla sit interim facta mutatio, sed in eius cerebro dūtaxat, quem certe constat in alterutro palā aberrasse. Necessè est eū ut in altero falsum & errorem docuerit. At quod falsum & error est, e caelo palā est non fuisse.

VII.

Cōtraritas dogmatū quæ cōferatur

Sed adhuc uulpes ista non cessat noua subterfugia querere.

Paulus (inquit) mutauit sententiā suā, nimirum quando stercora uocauit ea, quæ pridem sibi lucra uisa fuerant. Quare & damnabimus ita Pauli epistolas uniuersas. Hoc Lutherus &

hac defensione se tutum opinatur, quo posset uicissim contradictoria dicere, sine cōtrarietate & quāuis incōstātia. Sed istinc facile beluā hanc extrudemus hac ratione. Si Paulus alicubi

Paulus nō cōtrariat sibi ipsi.

in eplis suis approbasset ea stercora, & eadem postea reprobasset, nemini dubium est, quin fuisset sibi ipsi contrarius, suspectaq; reddidisset ceteras oēs a se cōscriptas eplās, ne putarēt e caelo manasse. Sed hæc haud dubie quæ iā sibi stercora uideri

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

dixerat, nō citra id tēporis q̄ a Ch̄o fuerat uocatus, neq; citra q̄ afflatus erat a spū, censuit esse lucra. Verū Lutherus citra q̄ suā h̄eresim instituit, utrumq; scripsit æditis libellis, hoc est, tā indulgentias aliquatenus ualere, & easdē nihil omnino ualere. Quāobrē non modo conuincit sibi esse cōtrarius, uerū etiā proinde cætera quæ scripsit, manifestat e cælo nequaq; eē
 “ At habet adhuc Lutherus & aliud diuerticulū. Damnabim⁹
 “ (inquit) & Augustinū qui singulari libro multa retractauit,
 “ & longe cōtraria primis docuit, Sed neq; istud Lutheri pro
 pugnat errorem.

Augustin⁹ ea retractauit, q̄ male docuerat. Nemo negat quin licuerit Augustino, sua quæ pridē haud re tractauit, q̄ cōtra docuisset posse reuocare. Licebit itē Luthero, si uoluerit, omnes h̄ereses reuocare, quas hactenus docuerat. Sed ut Augustini reuocatio nō effecit, quin ea quæ pridē asseruit plane repugnabant his quæ postea affirmabat, ita nec Lutheri reuocatio poterit eū a cōtrarietate & incōstantia penitus excusare. Sed neq; Augustinus unq; usq; adeo fuerat impudēs aut arro-

Aug. nō excu- gans, ut uel assereret se cūcta sua dogmata e cælo suscepisse, fauit sua dogmata contra rietat. s. uel cōtenderet non esse cōtraria, quæ uarijs ipse tēporibus fuisset opinatus. Ecce nihil egit uulpes ista strophis suis, prorsus media tenet, neq; quoq; effugiet. Non elabet nisi prius cōcelsit se quædā docuisse, quæ sibi pugnantia planeq; contraria sint, & proinde nō oīa dogmata se habere e cælo, quū necesse fuerit alterū eorū esse falsum: cuiusmodi nihil e cælo pmanat

VIII ¶ Sed attende quo iā uulpes callida subterfugere molitur Subdole conat̄ disputationē in aliud genus causæ transferre. Negat em̄ se sibi cōtrariū fuisse in his, quæ ad sacras literas p̄tineant, hoc est in illis quæ spectant ad primū genus reꝝ, de quibus ante longū catalogū cōtexuit. At istud rex ei nequaq; obiecit. Neq; em̄ hoc loco dixit eū quantū ad fidē, aut spem, aut charitatē fuisse cōtrariū sibi, sed indulgentias nominatim expressit, nimirū q̄ eas pridē approbans, postea penitus reprobaui. Neq; iā in questione est, an Lutherus in his quæ ad sacras literas pertinet, fuerit sibi cōtrarius, sed an in quibuslibet indiscriminatim scripserit cōtraria: Scripsisse autē cōtraria Lutherū rex euicit. Atq; id satis est, quantū ad præsentē dispu-

tationē attinet. Sed & dogma de indulgentijs, tāetsi falsa Lutheri opinōne nō spectat ad sacras literas, nostra tñ & cōmuni toti⁹ ecclesiae snia planē scripturis nitit^r. Nos em̄ nihil ambigimus indulgentias ex Christi pollicitatione suam uim habere. Certū est em̄ haud frustra Petro dixisse Christū. Quodcūq; solueris super terrā erit solutū & in cœlis. Quae uerba tā aperta sunt pro totius ecclesiae sentētia, ut nulla possit in ijs fieri tergiversatio. Si mōstrare Luther⁹ ex alijs queat scripturis, Christū aut hoc non dixisse, aut si dixerit, non tñ ita sensisse, tū aliq; quanto iustius asseret nihil prodesse indulgentias. Sed neutrumq; faciet, usq; adeo sunt huius pollicitationis clarissima uerba, ut nulla prorsus in aliquo ŷbulo, uel obscuritas sit, uel ambiguitas. Neq; dubitamus quin eadē potestas quae tunc collata Petro fuerat, iā successori Petri sit integre cōseruata, quādo non pro illis dūtaxat, qui tū fuerāt istud promiserit Christus, sed pro tota christianorū successione. At Lutherus cōtendit hāc pollicitationē omnibus apostolis & toti prorsus ecclesiae fuisse factā. Sed hoc Lutheri propriū dogma est, nō Christi. Ego istud nusq; in euāgelijs reperio. Lego palā in ijs dictū fuisse Petro, Quodcūq; ligaueris super terrā erit ligatū & in cœlis, & quodcūq; solueris super terrā erit solutū et in cœlis. Quasi negat Lutherus istud Petro fuisse dictū, probet quod negat atq; id ex scripturis, quēadmodū urget, ut nos probemus nra. Turpe nimirū erit ei, toties obijcere nobis, q; absq; probatione multa frequenter asserimus, quū eodē ipse laboret uicio. Afferit ubiq; scripturas apertissimas eē, & easdē iuxta meram grāmaticā intelligi debere. Quāobrem, quū nullus grāmaticus alio quouis pacto scripturā hāc torquere possit, nisi q; Petrus pro suo potuisset arbitrio quicquid sibi uisum esset soluere, & quicquid ipse sic soluisset, idē & in cœlis foret solutū. Nō uideo cur istud nō debeat ab omnibus uere credi. Nec inficiamur quin similia uerba cæteris fuissent apostolis a Chro pronuntiata, uerūtamen ea nō mediocrē ab ijs discrepantiā, ut alibi docuimus, præ se ferunt.

¶ At Lutherus adhuc cōtendit nihil prorsus in peccatore relinqui, post cuiuslibet sacerdotis absolutionē, qd pontifex

Indulgētiā nuntū diuinis literis.

Mat. 16.

Potestātē concessor. b⁹ Petri.

Chrs nō dedit passim oibus ligandi facultatē.

Mat. 18

IX

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

Post absoluti-
onē remanet
reatus pœnæ
tēporalis

Cōsultissimū
est indulgētias
querere,

Vetere autho-
ritate cōpro-
batā q̄ppiam
pctū post abso-
lutionem res
manere.

deleat. Sed istud eū identidem oportet probare. Nos utique nō nihil relinqui credimus, quod nisi fuerit in hac uita prius uel deletū uel expurgatū, id purgatorijs ignibus tandē expiā-
dū est. Et profecto nimisq̄ stultus erit, qui p̄termisus indulgē-
tiarū salutaribus remedijs uelit, in re tā seria, Lutheri nudis af-
fessionibus credere. Nā si iuxta fidē ecclesiæ receperit quispi-
am indulgētias, inde nullū sibi periculum imminet, neq̄ dā-
ni quicq̄ ex ea re patiet̄. At si p̄termisus illis quidpiā in eo
ius animo purgandum remanserit, istud saltem incommodū
sustinebit, q̄ igniū illorum cruciatus ab introitu in cœlū tam
diu remorabitur, quoadusq̄ plena, consummataq̄ facta fue-
rit expiatio. Quāobrem, & p̄ter obstinatam animi duriciē,
etiam aperta stultitia est indulgētias omnino contemnere.
Nā esto fuerint indulgētiae prorsus inutiles, nemo tamē eos
in altera uita ridebit, qui iam Christi uerbis digne crediderint.
Q̄ si contra reperiēnt̄ utiles, an non eorū exploros tū meri-
to ridebunt, simul & contemptus sui pœnas luent? Q̄ etiam
aliquid peccati relinquat, absolutione iā facta, Lutherus nega-
re non potest, sed dicet omnem pœnā peccato debitam pro-
sus condonari, ut nihil postea sit opus ullis indulgētijs. At
istud neq̄ ullis probare scripturis potest. Neq̄ id ullus patrū
ante Lutherū ausus fuit unq̄ asserere, p̄sertim ex his q̄ pur-
gatoriū affirmarint. Quæ sola res auertere debet omniū ani-
mos, ne Luthero fidant.
Sed & nos p̄ter sententias patrum, ex ipsis scripturis mul-
ta citauimus, quibus dilucidum est, absolutos a culpa manere
adhuc pœnæ cuidam obnoxios. At esto, uerum sit quod Lu-
therus pollicetur, per sacerdotis cuiuslibet absolutionem si-
mul & pœnæ debitum esse deletū penit̄. An non tutius est
peccatori, propter sententias patrum, qui negant oēm pœnā
tolli, indulgētias suscipere, q̄ eas usq̄ adeo temere cōtēnere cū
LUTHERO: Si Lutherus contenderet nonnihil pœnæ
debitæ manere post absolutionem sacerdotis, & id ipsum per
indulgētias deleri non posse, tum certe rectius potuisset asse-
rere pontificem studio fallendæ plæbis indulgētias excogi-
tasse. At nunc, quum singulo cuiq̄ sacerdoti tantum tribuat

potestatis, ut omnem penitus delere pœnam possit, id quod ex scripturis probare nunquam poterit, quid habet in quo pontificem accuset? qui (quum non solum ex priorum patrū sententijs, uerumetiam ex scripturis credat, post deletam culpam non nihil pœnæ debitæ manere) per eiusmodi uenias pollicetur, & pœnæ istius debitæ solutionem? Tantundem enim ex unica **L V T H E R V** Absolutione pollicetur, at q̄ id sine scripturis & patrum testimonijs, quantum pontifex ex duabus, neque solis patrum testimonijs, uerumetiam scripturis innixus apertissimis. Sed iam reuertamur unde sumus digressi.

Papa innixus
scripturæ sas
cræ, largit in
dulgentias

¶ Lutherus citra q̄ hæresim erigere suam aduersus ecclesiam est conatus, indulgentias aliquousq; profuturas docuit, & easdem postea docuit nihil profuturas, Ergo & in hoc dogmate sibi contrarius & inconstans habendus est: nec utrunq; credi potest e cœlo mansisse. Hunc laqueum non rescindet uulpes. Cæterum quia tam perfricta fronte negat in prioris generis rebus sua dogmata pugnare, q̄ aperte mentiatur iam ostendere conabimur.

X

Intentio
authoris.

Sed primum in summa, quis non uidet illum, in hac re, latissimum disputandi campum nobis obtulisse. Nam quum sua dogmata (quantum ad has res attinet) nihil aliud esse fateatur q̄ **C H R I S T I** dogmata, iam quoties illum ostendemus a Christi dogmatibus dissidere protinus consequetur & illum sibi toties contrarium esse. At illud fere fit in omnibus eius articulis, per Leonem decimum condemnatis, qd̄ & ei perspicuum fore non dubitamus, qui nostrā super eisdem confutationem aliquando sit lecturus. Cæterum & speciatim in aliquot illius dogmatibus age iam ostendamus.

Primum, an non ista palā pugnancia sunt? nempe, uix unus quispiam Christianus fidē habet, & omnes Christiani fidē habent. At ista plane sequuntur ex dogmatibus **L V T H E R I** de fide. Sic enim in libello de fide & operibus docet. Fides esse nullo modo potest, nisi sit uiuax quædam & indubitata opinio, qua homo certus est, super omnem certitudinē se placere deo. At quis hoīm certus est sup omnē certitudinē

Quinq; rōnis
bus probatur
uix unū repes
riri q̄ fidē has
beat secūdum
Lutherum
Prima rō.

se se placere deo. Et maxime quū alibi Lutherus affirmet ne-
minē certū esse se non peccare mortaliter, propter occultissi-
mū superbix uitiū. At quisquis dubitat, an peccet mortaliter
non est certus, super omnē certitudinē se placere deo. Nā qui
peccat mortaliter is grā caret. At qui gratia caret, non placet
deo. Nemo ergo qui dubitat an peccet mortaliter, certus esse
potest, super omnē certitudinē, se placere deo. Quare si fides,
ut Lutherus affirmat, nullo mō esse potest, nisi sit uiuax & in-
dubitata opinio, qua homo certus est super omnē certitudinē
se placere deo, nemo fidē habet, nisi forte cuipiā reuelatū fue-
rit, se grām habere, & carere mortali peccato, seq̄ ita deo pla-
cere. Quod opinor nō nisi paucissimis contigit.

Ratio secūda. Similiter in libello de christiana libertate docet, q̄ qui fidē ha-
bet, per eā liber est ab omni lege, & ex mera libertate omnia
gratuito facit quæcūq̄ facit, nihil querens aut cōmodi, aut sa-
lutis (quū iā satur & saluus sit grā dei ex fide sua) sed solum be-
neplacitum dei. Hæc ille.

Quot mihi dabit Lutherus ex toto christianorū cœtu qui fa-
ciunt omnia gratuito, & qui solū dei beneplacitū sibi propo-
nunt, nihil præter ipsum querentes, aut commodi, aut salutis?
Quare si soli tales fidem habeant, iam rarissimus est qui fide
potiatur.

Ratio tertia Rursum in eodē libello tradit, q̄ qui fidē habet, is in omnib⁹
operibus suis, ea debet esse formatus opinione, & huc solum
spectare, ut alijs seruiat, & prosit in omnibus quæcūq̄ fecerit
nihil ante oculos habens nisi necessitatē & cōmoditatē proximi.
Profecto si uerū istud sit, paucissimi sunt qui fidē habent.
Vix em̄ quisq̄ reperit, qui in omnibus operibus suis eo solū
spectat, ut in cunctis quæ facit, seruiat & prosit alijs, nihil an-
te oculos hñs, p̄ter necessitatē & cōmoditatē proximi.

Ratio quarta. In resolutionibus itē aduersus Eckiū sic asserit. Quū fides sit
recta & bona opinio de deo; opinio aut̄ quælibet per se solam
trahit in opera, nō est dubitādū quin omnia opera faciat, qui
fidē habuerit. Si em̄ opinio & amor mulieris non sinit esse oc-
ciosum, sed sine lege & magistro facit plura q̄ postulet, quo-
modo non fides multo magis idē præstet? Hæc Lutherus.

Et ex hoc uides lector, q̄ uix aliquis est, qui fidē habeat, quū uix quisq̄ sit qui tanto ardore (quæ deo placitura sint) opera omnia faciat, quanto uir quispiā amore captus mulierculę.

Præter hæc, inter articulos, articulo duodecimo sic ait Lutherus. Dixi per impossibile, quia satis supra dictū est fidē sine cōtritione esse non posse, quum gratia non infundatur nisi cum magna concussione animæ. Quinta ratio.

Intelligis ex hoc lector non infundi gratiā absq̄ magna animi concussione, neq̄ fidē sine contritione esse posse. Quāobrem ubi nō est magna animi concussio, & uera contritio, nec gratia poterit esse neq̄ fides. At quot quæso christianorū magnā istā animi concussionē sentiunt, aut si pridē senserint nō post id peccarint mortaliter, nec citra id tēporis nouā aliā senserint concussionē. Quāobrem & rarissimus erit qui fidē habet. Ex his ergo dilucidū (opinor) est, q̄ iuxta Lutheri dogmata uix unus aut alter sit qui fidem habeat.

¶ Quare iā ex dogmatibus eius, etiā alterū ostendamus, nē XI.
pe, q̄ uix quisq̄ sit nominis christiani qui nō habuerit fidē. In Hic quicq̄ rōi
ter acta sua sic diffinit fidē. Fides aut nihil aliud est q̄ illud cre b^o pbat, uix
dere quod deus promittit aut dicit. Ecce lector, si fides nō sit quęq̄ reperiri
aliud q̄ dei promissa dictaq̄ credere, quis christianorū (qui cre scd̄s Lutheri,
dit uerū esse quicquid in utroq̄ testamento continet) nō habe q̄ nō habeat fi
bit fidē, quantūuis alioqui pessimus fuerit & sceleratus? dem.

Adde, q̄ ubiq̄ clamat, opera nec ad fidē nec ad iustificationē Secūda ratio.
exigi debere. Quāobrem si neutiq̄ ad iustificationē exigātur
opera, quēadmodū asserit Lutherus, quid facilius erit q̄ cre
dere? Nā in opere ferme tota difficultas est. Audit ista miser
populus, & facile credunt Luthero, se fidē habere tametsi ni
hil operentur.

Ad hæc sub articulo. 14. fidē affirmat in corde certissime sen Tertia ratio.
tiri posse, si quis eā habeat. Quis istud audiēs ex populo nō p
suadet sibi se fidē habere, protinus ut in suo corde cōpererit se
credendis assentire. Nam quis aliter deprehēdet in corde suo
se fidem habere, nisi per assensum mentis, quem illic dum seip
sum examinat, experitur.

His accedit, q̄ articulo. 15. dicit, nihil oportere eos qui ad eu Quarta ratio.

charistiæ sacramentū accedūt, orationes & præparatoria præmittere, sed satis esse si credant se grām ibi cōsecuturos, quæ sola fides eos (ut ait) dignos & puros facit. Quis iā ex ijs uerbis non sufficere sibi putabit, ut eucharistiā recipiat, modo grām credat ex ea se consequi posse.

Quinta rō

Rursum in captiuitate Babylonica tale producit exemplum. Si cuiquam mendico, aut etiam indigno & malo seruo, legaret ditissimus dominus mille aureos, certe cum fiducia eos postularet & acciperet, nec indignitatis suæ, nec magnitudinis testamenti habita ratione, Quod si quis ei resistens, obijceret indignitatem suam & magnitudinem testamenti, quid putas dicturus est? Scilicet, quid ad te? non ego merito meo, nec iure ullo proprio accipio, quod accipio. Scio me indignum, & maiora accipere q̄ merui, imo contraria merui, sed iure testamenti & alienæ bonitatis peto, quod peto. Si illi non fuit indignum, tanta, & tam indigno legare, cur ego propter indignitatem meam contemnam accipere. Hactenus ipse Lutherus.

I. Cor. II.

Et hic clare uides lector, sensisse Lutheri, neminem ab Eucharistia debere abstinere, qui credit eam legatam esse peccatoribus. Et quid facilius q̄ istud credere, modo non desit pseudoapostolus quispiam, qui contra Pauli sententiam populum instruat hanc sufficere fidem, quā tamen ipse Paulus doceat oportere accedentem prius probare seipsum, ac deinde probatum accedere, quin & plectendum affirmet indigne accedentem. Lutherus contra contendit audaciter sufficere fidem, simul & eum, quisquis credit, asserit satis idoneum esse, qui sumat Eucharistiā.

Fidei rō duplex secundū Lutherum

Credit autē quisq̄, quā Lutherus uelit, & rursus quā nolit Lutherus, nemo credit. Hæc nimirum est eius plus q̄ uulpina fraudulentia, qua fit ut quicquid opposueris teneri nequeat, sed aliquo semper effugiat diuerticulo. Propter quod uti uides lector duplicē Lutherus excogitauit fidei rationē. Alteram qua rudem populū sibi dolose conciliet, nempe, q̄ fides nihil est aliud, q̄ illud credere quod deus promittit & dicit; quā fidem uix quisq̄ e christianis est, qui se nō putet habere.

re. Alterā qua se tueat a doctoribus, hanc uidelicet qua dicit, q̄ fides esse nullo modo potest, nisi sit uiuax quēdā & indubitata opinio, qua homo certus est super omnē certitudinē sese placere deo. Et iuxta hāc uerissimū est, q̄ hāc sola sufficit ad eucharistiā sumptionē absq̄ alia quāuis animi p̄paratione. Nā qui certus est sup omnē certitudinē sese placere deo, qd prohibet hunc quoties uelit Eucharistiā sumere? Sed iā populus Luth. decipit misere fallit qui longissime remotus est ab hac fide, nisi forte uulgus, cui piā ex ijs fuerit ita persuasum, q̄ tanta sit benignitas dei, ut nemo ch̄rianus uel in flagitijs suis possit displicere deo, qd & impiissimū est credere. Cæterū, ut ita sit institutus quispiā, q̄ p̄ uiuacē quandā & indubitata opinionē certus sit super omnē certitudinē se placere deo, rarissimū est, nec citra reuelationem uix fieri potest. Secundū aliā tamen fidei rationē, quiuis christianorum facile opinabitur, se uerā habere fidē, quū sentiat se credere cuncta uera esse quæ promiserit & dixerit deus. Atq̄ ita citra quamuis aliā p̄parationē, uidebit sibi satis idoneus, qui ad sacrosanctū Christi corpus accedat. Perspicuum igitur esse cunctis opinor, q̄ lubricus, q̄ inconstans, q̄ deniq̄ sibi cōtrarius sit Lutherus in his dogmatibus quę de fide sunt. Nā si non sit aliud fides, q̄ credere quicquid promittit & dicit deus, quisquis ita credit, fidē habet. Et idē, si non sit certus supra omnem certitudinem se deo placere, non habet fidē, quū iuxta Lutherum, nullo modo fides sit nisi fuerit uiuax quēdā et indubitata opinio, qua quis certus est super omnem certitudinem sese placere deo. At habere fidem, & non habere manifestissime sibi contradicunt.

Cōcludit in
cōstātia & res
pugnātia Lu.

¶ Sed adhuc aliud excutiamus ad eandem rem pertinens. XII
Pugnātia asse
rit Lutherus.
Affirmat Lutherus nōnullis locis fidē esse motū aliquē, non qualitātē in anima residentē. Affirmat & fidē mereri gratiā. Affirmat denique & quicquid antecedit gratiam in homine, hoc est omnem animi conatum, omnem mentis p̄parationem, omnēq̄ actū interiorē ante gratiā, esse peccatū. An non ista male coherēt? Nā si fides meret grām, antecedit in anima gratiā oportet. Et quū sit motus quidā (ut Luthe. placet) erit

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

In pl'mis sibi
ip'si cōtradicit
Luth. rus.

motus mentis interior, prior gratia. Quāobré & ante gratiā peccatū erit. Prolixū foret, de spe, de operibus, de peccato, de libero arbitrio, deq; cæteris id genus ante memoratis similes inconstantias & cōtrarietates adducere. Sed hæc quæ de fide produximus sufficiunt, ut agnoscat uulpes ista, quibus dolis, & artibus sua dogmata tradat. Quare iam ad reliq; trāseamus

XIII.

De mordacitate Lutheri.

In Luthe. Regis uerba.

¶ Ad alterū nepe uitiū, de quo se purgat, nepe mordacitatis, ubi primū quid ei rex obiecerit in mediū afferemus. Postq; itaq; rex Lutherū inconstantia simul & cōtrarietatis coarguisset, q; indulgentias, quas ante probasset, nunc meras uocet imposturas, ilico subdit. Qua in re q; non scelerate modo, uerū etiā furiose bacchat, nemo est qui non uidet. Nā si nihil omnino ualent indulgentia, sed meræ sunt (ut Lutherus ait) impostura; tunc necesse est impostores fuerint, nō hic trā pōtiffex Leo decimus (cuius innocens & inculpata uita, moresq; sanctissimi ab ineunte ætate per orbē totū satis explorati sunt quemadmodū in epl'a quadā ad pontificē Lutherus etiā ipse fatet) uerū etiā tot retro seculis omnes Romani pontifices. Hactenus regia maiestas.

At nihil horū Lutherus diluit, sed nec diluere potest, tantum exempla quædam attulit, quibus uelit sibi licere, quos uis mordere pro libidine sua.

“ Cur (inquit) alioqui Chrūs ipse Matth. 23. tanta uehementia
“ scribas & pharisæos mordet & hypocritas cæcos, stultos, ple
“ nos immundicia, hypocristi, homicidas criminat? Et Paulus q;
“ ties uehemens est in cōcisiones (ut uocat ipse) suas, & pseudo
“ ap'los quos adulterantes & cauponantes uerbū dei canes do
“ losos operarios, ap'los Satanæ, filios diaboli, plenos dolo &
“ malitia, deceptores, uaniloquos, fascinatores & circulatores
“ uocat. Hæc Lutherus.

Cōstitutio Vides hic lector omnia concessisse Lutheræ quæ uel in Pau
responsionis lo, uel in euangelijs corradere potuit, quæ notā aliquā reprehensionis præ se ferrent, uel a Christo in pharisæos dicta, uel a Paulo in peccatores & inimicos crucis Christi. Et tamē ille sexcenties plura nihil est ueritus aduersus unū pontificē totius Christianæ religionis principem euomere.

Cæteræ, non admodū cōgrue Lutherus ex istis exēpla desump-
 psit, quorū longe dissimilimus est. Sumpsisse exēplū potius a
 Chore, qui aduersus Mosen & Aaron populū concitauit, & Nūc .16.
 cristas erexit, dicēs. Sufficiat uobis quia omnis multitudo san-
 ctorū est, & in his est dñs. Cur eleuamini super populū dñi?
 Similiter & nunc Lutherus æquare populū pontifici studet,
 atq; id quidē longe atrociori contumelia q̄ Chore tū fecerat
 erga Mosen. Sed in hoc a uestigijs patrū suorū discedit nihil. Oēs hæretici
 Id em̄ fere cūctis hereticis i morē fuit, nēpe pōtificē criminari
 Propter q̄d & Iudas ap̄tus in eplā sua quū de illis loqueret. In
 contradictione (inquit) Chore perierunt. Et paulo superius, *
 Dominationē aut̄ spernunt, maiestātē aut̄ blasphemant, uel,
 ut maiori luce traduxit Erasmus, Dños uero spernunt, in po-
 testate præditos maledicta congerunt. Sic em̄ Lutherus iam Nemi parcit
 facere non ueret. Nullius em̄ ipse reueret̄ autoritatē, sed ma-
 ledicentissime linguæ frena laxauit in omnes. Chore igif̄ ex-
 emplū protulisse, qd̄ & ei multo fuisset accōmodatius, q̄ aut
 Pauli, aut Christi. Ille magis pharisæorū personā refert, q̄ con-
 tra Christū oblatrarunt, aut pseudoapostolorū qui resistebant
 Paulo. Recteq; nos erudit illis exēplis, q̄ citarat, quē in modū
 illū incessamus, qui uel pharisæis ipsius uel pseudoap̄tis multo
 meret̄ acerbius reprehēdi. Parū igif̄ apte Lutherus pro se uel
 Christi, uel Pauli, producit exemplum.
 Deinde quis nō uidet Arriū, Nouatū, Nestoriū, Donatum
 & cæteros horū similes, calumnijs, cōuicijs, cōtumelijs, qbus
 illi sui tēporis pontifices insectabant̄, eadē exēpla (quæ nunc
 Lutherus affert) suis improbationibus p̄texere potuisse? Vex
 quis approbaret ea? Nemo certe, nisi qui sectis illorū fuisset ad-
 dictus. Nā cæteri protinus explosissent & exhibilassent ea pe-
 nitus.
 Tertio, nec Chrūs, neq; Paulus illis increpationibus fuissent
 usi, nisi prius autoritatē suā plane miraculis uterq; cōfirmas-
 set, quæ sane tanta fuerunt, ut merito fuisset obiurgāndus quis
 quis eorū doctrinis repugnasset. Nā Paulus ita Romanis scri- Rom. 15.
 psit. Nō em̄ audeo aliquid loqui eorū quæ per me non efficit
 Chrūs in obedientiā gentiū, uerbo, & factis, in uirtute signorū

2. Cor. 12 rum, & prodigiorū, in uirtute spūs sancti. Et Corinthiis item ita. Nulla in re inferior fui cæteris apostolis tæetsi nihil sum. Signa quidē apostoli peracta fuerunt inter uos cū omni patientia, & signis, & prodigijs, & potentibus factis. Aduerte lector, q̄ dicit in omni patientia, & se nihil esse. Paulus qui tot signa, prodigia, potentia, facta, gessit in omni patientia, se nihil esse reputauit: & Lutherus qui quū miraculis careat, impatientissime tamen loquit̄, se magni æstimat, & neminem non afficit contumelijs.

XIII

¶ De Christo quoq; notū est, eū priusq̄ pharisæos reprehēderit, operibus, quisnā esset, indicasse Iohan. 7. Ipsa opera quę ego facio testant̄ de me, q̄ pater miserit me. Et. 10. Opera quę ego facio noīe patris mei, hęc testimoniū reddūt de me. Et eodē. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: Et rursum. Si mihi nō credatis, operibus credite. Et. 14. Propter ipsa facta credite. Et. 15. Si opa nō fecissem inter eos q̄ nemo aliq̄ fecit, pct̄m nō haberēt. Ecce primū. Luthero nō licet hęc maledicētiā astruere Chri exēplo, nisi prius autoritatē suā claris miraculis cōprobauerit, quemadmodū nec ipse Chrus antea quicq̄ ipsis pharisæis exprobrarit, q̄ ostenderit miracula, quibus par fuit fidē adhiberēt. Deinde, nisi Lutheri malitia prorsus eū excæcauerit, p̄spicere potest, nos, quātūuis eius dogmata uera fuerint, a pct̄ō liberos eē, nisi prius ea nouis miraculis corroborarit. Nā ea q̄ nos credimus abūde cōprobata sunt, nō modo Chri uerbis & factis, uerūetiā ap̄loꝝ & sanctoꝝ patrū apertissimis æditis miraculis, ut si iā fallamur, ausim asserere, deum ipsum nos, data opera, fefellisse.

Noua doctrina nō sine miraculis suscipitur.

Doctrina Lutheri longe diuersa est a doctrina euāgelica. Verba Chri sensu hereticorū hereses sunt

At Lutherus dicit. Mea dogmata nequaquā alia sunt q̄ q̄ Christi & apostoli docuerunt. At istud falsissimū est. Nam sic & Arius cauillabat̄, se uidelicet nihil dicere, præter uerba Christi, quū tamen uerba Christi pro suo spū deprauabat in suam partē: quēadmodū & nunc facit Lutherus. Verba certe Christi, iuxta Christi mentē intellecta, pro Christi dogmate accipienda sunt. Cæterę iuxta mentē hæretici concepta, non dogma Chri sunt, sed hæresis potius appellari merent̄. Nā ista uerba, quibus Arius nitēbat̄, nēpe, pater maior me est, iuxta

e b

sensum Christi ueri Christi dogma sunt, & nō ad sensum ipsius Arrii, hoc est eo modo qua Arrius interpretabat ea. Ad sensum em̄ quē de eis Arrius cōceperat, nō Christi dogma, sed Arrianū dogma prorsus expresserant. Et quia patres sensum Christi secuti sunt, iccirco quod patres, & nō quod Arrius docuit, ecclesia cōprobauit. Sed & identidē ipsa fecit, quies inter patres & hæreticos fuerat cōtrouersia. Nā semp hæretici cōtendebant, uerā apud se notitiā scripturā esse. Sed ecclesia semp Christi spū sufficienter instructa repulsis hæreticorū interpretationibus, patrū sententijs cōstanter adhærebat. Nō est ergo qd Lutherus iactitet. Mea dogmata nō sunt alia q̄ Christi dogmata, quādoquidē ipse dissentiat a patrib⁹. Nā Lutherana dogmata nihil aliud sunt q̄ cōtra uerū sensum Christi puerſæ scripturā interpretationes. Quāobrē quū adhuc Lutheri dogmata nullis corroborata sint miraculis: haudquā q̄ chriani tenent fidē illis adhibere: nec piculū inde cuiq̄ imminet, si nō crediderit eis, præsertim quū de seipso Chrūs dicat. Si nō fecissem inter eos opera quæ nemo alius fecit, peccatum nō haberent. Verū quisquis nolit his, quæ ab ecclesia catholica docent, credere, certissimū animæ suæ discrimen incurrit, quū ea sint tā Christi q̄ apostolorum, atq; sanctorum patrum miraculis apertissime comprobata.

¶ Vt ergo ueniamus ad rem. Christo licuit tā asperè pharisæos incescere, quia suam doctrinam a deo processisse, per miracula manifestissime comprobauit. Licuit & Paulo pseudoapostolos & male Christianos redarguere, quoniam sui dogmatis ueritatē, signis & mirificis operibus abunde testatus est. At non idem Lutheri licet, qui uere pseudoapostolus est & Satanæ mancipiū, ac plane præcursor Antichristi: necdū suas hæreses & pestilentissimas scripturarum inuersiones, ullis confirmauit miraculis, nisi forte miraculum sit, hominem tot irarum & æstuum furij distentum non euestigio rumpi. Non alio certe miraculo suam perniciosam doctrinam hætenus confirmauit. Quare nihil aut Christus, aut Paulus in hac parte Lutheri suffragatur, imo Pauli exemplum, qd ex actis ante retulimus, plane cōdemnat Lutherum, quando

Iohā. 15.

XV

Nō licuit Lutheri
pseudoapostolos
obuiargare
Lutheri pseudoapostolus.

Contra captiuitatem Baby. Cap. II.

Acto. 23 sacerdotij tū antiquati pontificē Paulus agnouit, & reuerentia ei detulit, scriptū esse recensens, principē populi tui ne maledicas. Lutherus tñ haudquaquē noui sacerdotij principē dignatur agnoscere, sed maledicis contumelijs infectat. Hoc Pauli exemplū quod imitati debuisset, simul & cætera, quæ rex illusterrimus obiecit ei, reuocare merito potuissent eū ab hac amētia, nisi plane Satanę mācipium esset & filius perditionis. Rex em̄ opposuit multos optimos fuisse pontifices, quorū alij qui remissionē annuā, alij triennē, alij quadragesimas aliquot, quidam totius pœnitentiæ partē aliquā, nonnulli plenariā tā a pœna q̄ a culpa remissionē indulerunt, quibus & tantā fidē adhibendā esse merito iudicauit, ut potius unū fraterculū ouē fuisse morbidā, esset crediturus, q̄ tot olim pontifices perfidos fuisse pastores. Verū ad hoc Lutherus nihil respondet.

Pontificibus
potius q̄ Lu-
thero fidēdū.

Verba regis

Leuit. 19

Subinde rex multis rationibus euidentissime docet, q̄ nihil omnino charitatis Lutherus habeat, quū non uereat tot summis & eisdē sanctis pontificibus tantū crimen impingere, nēq̄ pe, q̄ essent impostores. Si deus (inquit) in Leuitico dicit omnibus, Non eris criminator, nec susurro in populis, qd de Lutherō censendū est, qui tā immane crimen, nō in unū aliquē hominē, sed in tā multos, tā uenerandos spargit antistites, idē q̄ non una quapiā urbe susurrat, sed per totū buccinat orbē. Et hic omnino Lutherus silet.

Deute. 27

Ad hæc rex adiecit. Si maledictus in Deuteronomio dicit q̄ clā percusserit proximū, quanta maledictione pcutit, qui palā tantis opprobrijs insultat in præpositos. Et hic omnino tacet Lutherus.

I. Iohan. 3

Postremo rex adiungit. Si homicida est (ut ait Euangelista) nec uitā habet æternā, qui odit fratrem, an nō hic æterna digna morte parricida est, qui odio persequit patrē. At has omnes rationes Lutherus aure surda pertransiit, uitiū suū extenuans uocabulo mordacitatis, quū caninā potius iracundiā & beluam rabiem uocare debuisset.

Mira est huius urfæ furentis impudentia, q̄ quum nihil apud Paulū damnat crebrius q̄ arrogantia, contentio, fraternæq̄ charitatis uiolatio; nihilq̄ contra sæpius extollit, q̄ quod ipsa

contrariū est, illā tñ haud pudet e Paulo suæ patrociniū improbitatis & impietatis arripe. Paulus ait. Benedicite & nolite maledicere. At Lutherus docet nō solū esse maledicēdū, uerū etiam rixādū & opprobriādū, cōuiciādū, cōtumacijsq; & cōtume lijs quēq; nobis aduersariū impetendum: atq; id exemplo Pauli & Christi.

Hoc dogma si e cœlo defluerit, alij dijudicēt. Sat scio doctrina Christi nequaq; est. Et tamē audacter asserit Lutherus. Nō mea doctrina (inqt) sibi ulla ex parte pugnat, nec pugnare potest, quū sit Christi. Sic mētiri nō erubescit os impudētissimū quū ferme nihil habeat cū doctrina Christi cōfine. Opinor, pfecto neminē hacten° hereticorū fuisse, q nō in multo pluribus cū doctrina Christi conuenerit q Lutherus. Sed nec doctrina Christi est, qcqd Chrūs dixerit, nisi p Chri mēte & spiritu fueris interpretatus. Quā igitur Lutherus sapenūero uerba Christi cōtra sensum & mentē Christi interpretatur, palā est eius doctrinā nequaq; esse doctrinā Christi, sed cū ea pugnare magis.

Cæterū attende lector, qd adhuc p sua defensiōe Lutherus afferat. Sic em̄ de Rege loqitur. Abūde (inqt) cognouit papatū apud me pro Antichri regno haberi, cui etiā Iob maledici mā dat, per eos q parati sunt suscitare Leuiatan, & ubiq; spūs præcipit mundū arguere de pctō impietatis & oīnino sanctā & iustā hanc mordacitatē tū laudat tū exigit. Hactenus ille. Nos ad singula rñdebimus. Cognouit utiq; Rex uere catholicus, hæreticū esse Lutherū, & male sensisse de summi Pōtificis autoritate. Quid ergo? nū ppterea nō debuit maledicā Lutheri linguā castigare, quē sic insaniebat in potestatē, quā oīnes orthodoxi, nihil ambigūt a deo constitutam esse?

Deiñ q subdit Lutherus, Iob mādassee maledici papatui per eos qui parati sunt suscitare Leuiathan. Pergit semp Lutherus sui simmiliis esse, hoc est pro suo cerebro scripturas puerse con- torquere. Sic em̄ hñt uerba Iob, ubi diei suę maledicit. Maledicāt, inqt, ei, qui maledicūt diei q parati sunt suscitare Leuiathā. Quis ex ijs uerbis colligere potest Iob mādassee qtenus papatui maledicatur p eos, q parati sunt suscitare Leuiathā? nisi uelit ad hūc modū Lutherus argumētari. Mandat Iob ut hi diei suę

Hic rursus cōtorquet scripturas Luth. Iob. 3.

Luther⁹ susci-
tat Leuiathan

maledicant qui maledicunt diei, nepe, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Ergo mandat Iob ut hi papatui maledicant. Sic iste q' se magistrum totius orbis facit, scripturas interpretatur, ut p' die papatum intelligat. Nam qui potest alioqui sensum priorum ex his uerbis colligere? Sed quis potius iam paratus est suscitare Leuiathan quam Lutherus ipse? Nemini dubium est, quin ab haereticorum uexatione multo iam tempore quieuerit ecclesia, ita ut quantum ad hoc negotium attinet, iam diu dormiant Leuiathan. Lutherus igitur, quoniam ex his est qui dormitantem Leuiathan excitare conantur, quos forte sanctus Iob spiritu prauidit esse maledicentissimos, optauit, ut hi diei suae maledicerent; nimirum

Expositio
Hebraeorum

qui uix ad aliud quicquam nati uidentur quam ad maledicendum. Certe rursus Hebraei locum istum aliter intelligunt. Sic enim ad uerbum reddi potest. Maledicant ei maledicentes diei, attendentes uigilare societatem suam. Per maledicentes diei, magistri Iudaeorum intelligunt lamentatrices, quae ad luctum & planctum pro mortuis deputatae sunt, & Leuiathan interpretantur societatem earum: ut ita sanctum hunc uirum optate sentiamus. Maledicant diei, quia natus sum, haec quae deputatae sunt ad lugendum & plangendum mortuos, quarum officium est, tam sodales quam alios ad luctum & planctum excitare. Sed esto per Leuiathan (ut Lutherus placet) diabolus intelligamus. Profecto nemo magis idoneus ad hoc officium inueniri queat, quam Lutherus. Neque enim Satanas quam soluet facile maiorem in ecclesia tumultum concitabit, quam modo per Lutherum excitat. Verum utcumque fuerit, nullo modo torqueri poterit haec scriptura contra papatum quemadmodum Lutherus facit. Et tamen quam scripturas ita torqueat, & corrumpat, nihil pudet eum toties iactitare, uenisse e caelo sua dogmata.

XVII

Mordacitas
prohibetur

Gala. 1.

¶ Sed iam ad illud, quod dicit spiritus ubique precipere ut mundus arguatur de peccato iniquitatis, & omnino sanctam & iustam hanc mordacitatem, tum laudare, tum exigere. Hic profecto scripturae nihil huic magistro nostro suffragantur. Nunquam enim in scripturis memini laudata, aut exacta a quibus mordacitatem quin magis prohibita inuenio. Sic enim Paulus quam ad Galatas dixisset. Tota lex in uno uerbo complectitur, nepe hoc, diliges proximum tuum sicut teipsum. Illico subdit, Quod si alius alium uicissim mordetis & deuoratis, uidete

ne uicissim ali^o ab alio cōsummamini. Hic spūs in Paulo mordacitatē, nec laudat, nec exigit, ut oīno sanctā & iustā, sed plane dānat ut uitiosam & iniquā. Falsum igit^r est, q̄ ubiq̄ spūs laudat & exigit hāc mordacitatē ut oīno sanctā & iustā.

Aduerte q̄so lector, hūc totius orbis magistrū, q̄ sua dogmata se iactat habere de cœlo, iā de scripturis plane mentiri. At hoc tories facit, & ita prorsus mēdacis assuevit, ut quū mētīat nō intelligat se mētiri. Sed Luther^o dicet Ch̄m apud Iohānē de spū p̄dixisse, q̄ ille mūdū arguet de pctō. Certe q̄ arguet p̄ dixit Ch̄s, sed nō q̄ mordebit, aut morderē faciet, quū in scripturis (q̄ad memini) semp hoc uerbū in malā partē accipiatur. Ceterū, ut illic ipse Ch̄s locū illū interpretat. De pctō (inqt) arguet, q̄ nō crediderint in me. Neq̄ sic discipulos suos Chr̄s instituit, ut morderēt, sed ut mites eēt & patientes potius. Sed & Paulū hac de re loquētē audiamus. Timotheū hortat, ut arguat, obsecret, increpet: at euestigio subiūgit, in omni patientia. Et alibi dicit. Seruū dei nō oportet litigare, sed mansuetū esse ad oēs, & cū modestia corripiētē eos q̄ resistūt ueritati. Et itē iubet ut sectet̄ inter cætera patiētīā & mansuetudinē. At magister noster Lutherus nihil erubescit cōfiteri, se patientiā amisisse, planeq̄ profitetur, neutiq̄ sibi iā habendā esse patientiæ rationem. Hæc nisi dixerit in libello suo maledicentissimō contra regem ego mentior. Sin dixerit, æquū est ut habeantur eius dogmata qualia uere sunt, nō uelut e cœlo, sed magis a Satana promanasse. Christi spūs ubiq̄ laudat & exigit leuitatem, mansuetudinē, modestiam, atq̄ id genus cætera. Quamobrē quū aduersus Samaritas apostoli cōmouerentur, Chr̄s eis dixit. Nescitis cuius spiritus estis.

Intelligis itaq̄ lector, q̄ citra nebulā aliquā aperte Lutherus, & docet, & facit aduersus Christi dogmata, neq̄ tñ erubescit, regē Angliæ ceu læsæ diuinæ maiestatis reū accusare, q̄ illū de rebus hisce reprehēderit. Aduersus diuinā (inqt) maiestatem mentitur, & regē meū, qui est rex gloriæ blasphemis suis conspurcauit. Hæc Lutherus. Et cur ista dixerit? Nimirum ob id, q̄ eū rex ostenderit, quū de indulgentiis loqueret̄, fuisse sibi contrariū. Sic Luthero deblaterare, mētiri, cōtraria

dicere, scripturas perperā interpretari licebit, & qcqd uelit face
re, nec audebit ei quisq̄ hęc obijcere, nisi protinus fiat diuinæ
maiestatis reus, Luthero cūctos pro sua libidine mordere, lace
rare, uorare, cōterere libere erit. At qui uicissim quicq̄ horū Lu
thero facit, iam Lutheri Regem blasphemij conspurcat.

XVIII.

Iob. 41. Verū quis nam est iste Rex Lutheri? Profecto nō alius q̄ is
de quo Iob loquitur, inquiens, Et ipse est Rex super om̄s filios su
perbiæ. Nec tñ idē Rex gloriæ dici potest, nisi q̄tenus olim in
coelo seditiōe facta, gloriā illā per ambitū inuadere sit conatus,
Iam nihil a me prætermisum est, opinor, quātū ad hanc partē
attinet, in quo non respōderim Luthero, præter unū locum ubi
Insimulat ca
tholicos cōtra
rietatis Luth.
bi docere nititur orthodoxos asserere repugnātia dogmata. Pa
pistaz, inquit, insaniæ pugnāt, ubi Matth. 16. petrā faciūt Chri
stū & Papā, quū Christus sit sc̄tus, Papa aut̄ impius: & sanctitu
dini cū impietate conueniat, ceu luci cū tenebris, & Christo cū
Belial. Sic em̄ papatus non nisi incōstantibus, pugnantissimis,
mēdacissimis cōstat (seu potius corrui dogmatibus, quę utraq;
simul docet, asserit & tuetur. Videat itaq; lector ex uno hoc ar
gumēto, q̄ asinina ruditas sit Thomistaz, uel puerilis animi im
potētia, quæ non sinat eos sua ipsorū uerba intelligere, & audēt
tñ assertiones sacramētorū scribere, & magnificas ampullas suę
incredibilis inscitix testes iactare. In hoc em̄ hūc libellū Regis
scriptū arbitror, ne stupor & inscitia sophistaz, præsertim por
celloz istorū (Thomistas dico) falso a me traduci crederet mū
dus, fuit em̄ meū iudiciū tali ipsorūmet opere & sigillo cōpro
bandū & confirmandum. Hęc Lutherus.

Thomistas in
secta malicio
se Luth.

Primū hic perpende lector, quanta iaculetur in Thomistas
opprobria, quibus & illius diui gloriā denigrare studet, cui⁹ no
mē & doctissimis & eruditissimis uiris magna semp̄ hactenus
habitū fuit ueneratiōe, q̄ppe quę Theologiæ florē passim ap
pellarūt. Sed & expende simul q̄ friuola ratiōe fecerit istud, ut
de mēdacio nihil dicā. Ego nusq̄ legi diuū Thomā, aut Tho
mistas, papam aliquē præter unū Petrum uocasse petrā. Porro
petrā fuisse Petrum, nō solū Thomas, uerum etiā Hieronymus
& nōnunq̄ etiā Augustinus palā asserūt. Et qd̄ istud prohibet,
Iohan. 1. qm̄ Chrsillum ita cognoīandū prædixit in Iohāne dicēs, Tu uo

caberi Caephas. Quod si interpres, lapis aut saxū dicitur, ut illic euangelista testatur. Et qd quæso discriminis est inter saxū & petrā? Quid ergo uetat Petrū, petrā dici, qñ & idē saxū aut lapis dicitur? Et tamen idē ipse Petrus, se peccatorem agnouit, quū Christo dixerit, Exi a me dñe q̄a peccator ego sum. Nihil ergo uetat Petrū q̄ peccator alioq̄ fuit, petrā ob id dici, q̄ Christus dicit̄ sit petra. Sed quid? Num, p̄pterea nō erit lapis Christus q̄ quis ch̄ianus itē dicit̄ sit, lapis aut uicissim nēo ch̄ian⁹ uocari lapis p̄t, eo q̄ ch̄s lapis dicit̄ sit? An Petrus pugnātia dixerit, quū in epistola priori sic scribebat? Ad quē accedētes lapidē uiuū ab hoībus quidē reprobātū, a deo autē electum et honorificatū, & ipsi tāq̄ lapides uiui sup̄ædificamini domus spūalis. At consequetur hac Lutherana ratione Petrum hic pugnātia dixisse. Lapidē eī uocat quēlibet ch̄ianū simul & Ch̄m, quū tamē Ch̄s sit sctūs, at cōtra christiani cōplures sint peccatores. Et sanctitudini cum pctō non magis conueniat q̄ luci cum tenebris & Christo cum Belial. Quāobrē si ch̄ianus q̄ pctōr est dici potest lapis, quēadmodū & Christus dicit̄ est lapis, quid prohibet Petrū eadē appellatiōe cum Christo petrā dici? An nō Christ⁹ seipsum uocat lucem? Ego, inqt, lux mundi sum. & apostolos itē suos lucē mundi nominat. Vos, inqt, estis lux mūdi. Num Christus ob hęc pugnātia dixerit?

Hic perspicis optime lector, q̄ friuola sit Lutheri dialectica, simul & q̄ iuste cōtumeliosus fuerit in Thomā & Thomistas quum illi tantū de Petro dixerint eū petrā fuisse. Et uelit nolit Lutherus, sup̄ hęc petrā, hoc est, sup̄ Petrum Ch̄s ædificauit ecclesiā suā. Nunquid non dicit Paulus ad Ephesios de christi-
 anis, q̄ superædificati sint sup̄ fundamētum apostolorū & prophetarū summo angulari lapide Ch̄o Iesu? Quis hic nō uidet summū & sup̄mū lapidē Ch̄m Iesum; deinde prophetas & apostolos tāq̄ lapides etiā in fundamēto locatos; postremo christianos cæteros ceu uiuos etiam lapides huic fundamēto sup̄ædificatos? Propter qd & diuus Augustin⁹ prophetas & apostolos Ecclesiæ fūdamēta uocat, iuxta id quod Dauid cecinit. Fundamēta eius in mōtibus sanctis, q̄q̄ & unū præcipuū non neget esse fundamētum, nempe Iesum Christum, quē & fun-

Lucæ. 5.

I. Petri. 2.

Ch̄ian⁹ uocatur lapis.

Iohā. 8.

Matth. 5.

Ephē. 2.

Apostoli fundamēta.

Psal. 86.

I. Cor. 3.

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

Hebr. 13.

Epylogus,
primo.

Secundo.

Tercio
Quarto.

damētū sūdāmētōꝝ appellat, sicut & eūdē sc̄m̄ sc̄tōꝝ ac pa-
storem pastorū alibi uocatū affirmat. Haftenus dilucidū opi-
nor euasit, Lutherū nec de Satana triumphasse, neq; illius om-
nia dogmata promanasse de caelo, quin potius eū & diaboliz-
cam habere sapientiā. Subinde monstrauius & in pluribus
sibi ipsi contrarium esse, nec solū in his de quibus (ut conten-
dit) scripturæ nihil agunt, uerum etiā in alijs de quibus eēdem
apertissime loquunt. Tertio liquet, q; Lutheri mordacitas nul-
lis fucis, nullisue rationibus excusabilis est. Postremo, q; apud
orthodoxos, quibus tamen id ipsum Lutherus impingit, nul-
la repugnantia est, nomenclaturam petræ tam Petro q̄ Chri-
sto fuisse communem.

De cōmunicatiōe plæbis, ecclesie cōsuetudinē
obseruari debere. Caput. III.

.I.

Intētio autho-
ris.



Vnc ad ipsa capita reꝝ, de qbus præcipua cōtro-
uersia est, calamū dirigam⁹. Quæ sane plima sūt
De qbus & agem⁹ singulatim. Iā igit̄ tertio loco
de cōicacōne sub utraq; sp̄e differem⁹. Principio
tñ refellenda sunt ea de qbus in gn̄e se Lutherus
disputaturū promisit.

Rex Angliæ
nititur aucto-
ritatib⁹ firmis

Nam hic Lutherus primū opponit Regi, q; nulla auctoritate
scripturæ, neq; ratione quauis urgenti, probat ea quæ dicit, sed
usum tātum allegat & consuetudinem, & Thomisticam, ut ait
disputandi formam imitatur, nempe, mihi sic uidetur. Ego sic
sentio, sic credo, oportet sic esse. Quasi diuus Thomas nullis
solidioribus argumentis fuisset innixus, quod est mendacium
apud cunctos euidentissimum. Sed mendacijs ita Lutherus af-

Nō pudet Lu-
ther⁹ mentiri.

sueuit, ut mentiri se nihil omnino pudeat. An non & hoc quo-
q; mendacium apertissimum est, q; Rex nullam urgentem at-
tulerit rationem? Id qd plane falsissimū esse mox ostēdemus.

Consuetudo
bōa p̄lege ha-
betur.

Cæterum illa oppositio Lutheri nihil est. Nam ubi scripturæ
defuerint ad ostendendam aliquam ueritatem, magni semper,
apud omnes maiores nostros, momenti fuit usus & consuetu-

Ap̄li non oīa
scripturis pro-
babant.

do. Neq; semper scripturas attulerūt Apostoli, quibus proba-
rent sua, quod tamen alibi, sed falso, Lutherus affirmat. Liqueat